



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae, 1611

De reformatione sensuum exteriorum. Cap. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45624

De reformatione sensuum exteriorum.

CAP. IX.

EXterni sensus mei, o diuina libertas mea, abducti sunt in captiuitatem, & multipliciter errauerunt ex utero matris sue. O Domine benignissime, quomodo facti sunt in desolationem! Intrauit mors per fenestras: & per portas, quæ sine custodia patent, ingressæ sunt gentes in sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. Verè sensus mei, quasi equi sine fræno cucurrerunt ad solatia sua. Nunc verò, o custos Israel, & fidelissima tutela mea, claude portas huius creaturæ, quam fecisti tibi, sicut clausisti ostium arcæ Noë in diluuiio aquarum multarum, vt saluaretur semen electum in ea. Certe ego noui per experientiam, me indigere custodia tua, O amantissime fili Dei, qui omnia scis, & potes, & seruas amicos tuos in abscondito faciei tuæ. Vigilabo ergo super gregem meum, non quasi ego possim præseruare à corruptione sensus assuetos delictijs suis, sed confidens in te custode meo, qui potes subito honestare

honestare
omni
re m
ceptu
Dott
tas m
meis
traha
ueru
se im
ta est
lord
caro
tis in
preti
zius
mun
perd
verò
Dei
super
tibi,
lis oc
bonu
secur
tuæ
hæc
mife
ad fe

honestare pauperem, & delere omnes abominaciones eius. Quis enim potest facere mundum hominem de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es? Tu es, Domine, iustificatio, redemptio, & puritas mea, quæ obsecro, adhæreat visceribus meis: vt sensus mei freno timoris tui retrahantur ab excessibus, quibus maculauerunt animam meam, quæ debuisset esse immaculata sponsa tua. Satis inquinata est, Domine: sed nunc abluatur aqua Iordanis viui fluminis tui, vt restituatur caro eius, sicut caro pueri paruuli existentis in innocentia sua. O innocentia quam pretiosa es! Non adæquabitur tibi topazius de Aethiopia, nec tecum tinctura mundissima componetur. Sed iam qui perdidit te, innocens esse non potest. Tu verò Innocentiæ fons Iesu Christe fili Dei Altissimi, potes hominem peccatorem super niuem dealbare, & ita conformare tibi, vt peccatorum sordes, accepta ab illis occasione iustitiæ, ei cooperentur in bonum, sicut frequenter facis in ijs, qui secundum propositum dulcissimæ gratiæ tuæ vocati sunt Sancti. Utinam & fors hæc mihi contingat, vt eductus de lacu miseriæ, & de luto fæcis, lauer, & mundet ad formam puritatis tuæ; vt fiam dignus

consortio electorum tuorum, & fruatur
suauissima præsentia tua.

De mortificatione Passionum.

CAP. X.

INfœlix nimis homo sum portans cor-
pus, quod corrumpitur, & aggrauat a-
nimam. Væ mihi! quis me liberabit de
corpore mortis huius? Patior bella in-
numerabilia, quibus pars inferior oppu-
gnat portionem superiorē meam, desti-
natam cognitioni, & amorī Altissimi Dei
mei. Ascendo ad terram promissionis, v-
bi est requies, & hæreditas mea; & passio-
nes indomitæ, quasi bestię fame incitate,
importantis prælijs, vexant me. Hæc est
seruitus filiorum Adæ, vt in seipsis ferant
domesticos inimicos suos, qui rebellaue-
runt contrate Rex Pacificæ, qui facis vtra-
que vnum. Tua est, fortissime Domine,
victoria tam crudelium inimicorum, a
quibus nemo liberatus est nisi per poten-
tissimam gratiam tuam. Beati pugnato-
res illi, quibus est auxilium abs te! ascen-
siones enim in suo corde disponunt, fa-
cientes quasi gradus scalæ, quæ pertingit
ad cælum, de mortificatis passionibus,

quas

quas
cut tu
super
vtero
re hor
robor
fidei,
charit
Dei, c
dit mi
armar
no pa
meæ,
tis, qu
clama
um ac
venti
gna, &
ortus
derat
erant
locab
cissim
am tu
mam
mine
victo
tui,
& rec

011